

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Monachus ah  
cum uariis

Si monachus es, quid facis in turba? Si amas silentium, cur declamantibus assidue interesse delectas? Tu semper ieiuniis et fletibus insistere debes, et tu philosophari queris? Simplicitas monachi philosophia eius est. Sed docere, inquit, alios uolo. Non est tuum docere sed plangere. Si tamen doctor esse desideras, audi quid facias. Vilitas habitus tui et simplicitas uultus, innocencia uite et sanctitas conuersationis tue docere debent homines.

Hugo de claustro anime libro V.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

delectas] delectaris L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; monachi] philosophia *add.* (*del. intra*) M; est] sed *add.* (*del. intra*) M; inquit] inquis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; audi] audis P V<sup>1</sup>; facias] facis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uilitas] utilitas M; debent] habent P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>